que descriptionem adumbravit. Semina recentia ab ipso accepta primo vere frustra terræ commisi; nulla etenim germinarunt; quare experimentum autumno tentavi; et vere subsequente die 13 Februarii germinare cœperunt, quò factum est, ut plantam singulis annis sustineam in horto ex seminibus sponte deciduis, quod etiam obtineo seminatione autumnali tempestate.

Hujus an varietatem, an speciem distinctam foliis, et caule maculis sanguineis aspersis misit C. CUMINO *lectam locis sylvaticis vallis Pisii.*